



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio Magistri Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, 1613

Cap. 4. De exercitijs ante sanctiora tempora fieri solitis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48543)

ebus sæculares cogitationes non solum importunæ, sed spiritus diuini capitales inimicæ sunt.

Cap. 4. De exercitijs ante sanctiora tempora fieri solitis.

PRæter eam animi præparationem, quæ ante solennissima festa fieri solet, mos inter fratres nostros inualuit, ut appropinquante Aduëtu, Quadragesima, cursuq; illo ieiuniorum Ordinis proprio, Magister Nouitios admoneat, & præscriptis exercitijs internis ac externis ad vltiorem perfectionem comparandam opportunis præmuniat.

2 Diebus ergo decretis illos ad cursum adhortabitur; & ad rem feruentius, ac fructuosius præstandam, præcipiet, ut quisq; si animaduertent, actum aliquem communem lætescere, vel obliuione sensim deleri, aut actum aliquem ad perfectionem desiderari, scripto notet, atq; ad ipsum deferat, ut perfectionem monasticam promouendam curet. At caueat, ne temerè nouos ritus inducat, vel quicquam immuter.

3 Per hoc tempus, ad spiritum alédum
 mitti solent spiritualia certamina Ma-
 gistrum ac Nouitiorum omnium nomini-
 bus subscripta ex vno in aliud, aut ali-
 Religionis Cœnobia; quod ad animo-
 æmulatione sancta extimulandos, mu-
 tuaque charitate delectandos plurimam
 ponderis habet. Hæc ergo certamina
 Magister oblationi ne tradat.

*Cap. 5. De officijs ad Nouitiatum
 spectantibus iniungendis.*

1 **Q** Vanquam ad partes Magistri per-
 tinet, singulos Nouitios officijs
 omnibus instruere, vt postquam pro-
 fessionem emisserint, omnia, per oblati-
 occasions, exercere valeant: curare ta-
 men debet, vt ad officia nonnulla pecu-
 liari obseruatione digna non orane
 promiscuè designet.

2 Huiusmodi est, lanitoris officium
 quod singularem modestiam comita-
 temque requirit. Quocirca ijs, qui inter
 Nouitios modestissimi fuerint, hoc of-
 ficiu iniunget.

3 Sacristam Oratorij similiter, præ-